

Petrus Tomcius Episcop. Crauoviensis
vice Cancellar. Francisco de Frangepa-
nibus archiepiscop. Colouen.

157

Reuerendissime in Christo Pater et Do-
mine amice honorandissime. Id quod
per literas mihi, et Domino Castellano
Crauoviensi Do. vestra Reuerendissima
suasit egimus summa diligentia apud
maiestatem Domini mei, fauileque maie-
stati sue persuasimus ut iterum atque
iterum tractanda concordia, inter istam
maiestatem Serenissimi Regis Joannis
& maiestatem Serenissimi Regis Ferdi-
nandi operam daret ad quod quidem
opus presentem Dominum Sebastianum
Custodem Bononiensem Secretarium
et oratorem suum istae maiestas sua
mittere eademque dare in mandatis
dignata est ut eundem Serenissimum
Dominum Regem Joannem Hunga-
riae ad pacis concordiam complectenda
rationes invitet & hortetur. Quia tam
ego intelligo intractatione rei istius
auctoritate & consilio plurimum valere
D. vestram Reuerendissimam maio-

rem
D O

maïorem in modum ab illa rogo, ut vires
et studium suum ita accommodare in
hoc negotio velit ut Serenissimus Rex
Hungariae hoc de quibus per Oratorem
rogabitur favore et efficaciter prestare di-
gnetur.

Quae autem sint quae acturus est Orator
ipse coram istius veniens D. vestra Reve-
rendissima exponet, a quo etiam et caetera
quae scribi a me deberent melius intelli-
gere poterit, D. vestra Reverendissima
cuius ego me amoris et benevolentiae fra-
ternae plurimum commendo felicissimam
que esse d' optime involamen vehemen-
ter opto. Dab-